

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

---

REGISTRUM ABBATIÆ JOHANNIS WHETHAMSTEDE,  
ABBATIS MONASTERII SANCTI ALBANI,  
ITERUM SUSCEPTÆ;  
ROBERTO BLAKENEY, CAPELLANO, QUONDAM ADSRIPTUM.  
[MS. ARUNDEL. COLL. ARM. III.]

27023.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

REGISTRUM ABBATIÆ JOHANNIS  
WHETHAMSTEDE,

ABBATIS MONASTERII SANCTI ALBANI,  
ITERUM SUSCEPTÆ;

ROBERTO BLAKENEY, CAPELLANO, QUONDAM  
ADSCRIPTUM.

[MS. ARUNDEL. COLL. ARM. III.]

---

[ <sup>1</sup> <i>Electio Johannis Wethamsted</i> . . . . .	fo. 3.
<i>Carta Henrici Sexti, concessa Monasterio Sancti Albani</i> . . . . .	fo. 10.
<i>Carta Henrici Sexti, concessa Duci Glocestricæ</i> . . . . .	fo. 18.
<i>Carta Richardi, concessa Monasterio Sancti Albani</i> . . . . .	fo. 32.
<i>Carta Henrici Sexti, de generali perdonatione prædicti monasterii</i> . . . . .	fo. 35.
<i>Jasperus, uterinus Henrici Sexti, Comes Penbrochicæ</i> . . . . .	fo. 38.
<i>Contentio inter Abbatem Sancti Albani et Thomam Charlton, Militem</i> . . . . .	fo. 56.
<i>Erectio Cellæ de Wimundham de Prioratu in Abbatiam</i> . . . . .	fo. 61.
<i>Praelium in villa Sancti Albani</i> . . . . .	fo. 65.
<i>Tumulatio trium Dominorum, et declaratio pro Duce Glocestricæ</i> . . . . .	fo. 72, fo. 73.
<i>Declaratio facta pro Duce Eboraci</i> . . . . .	fo. 75.

---

<sup>1</sup> This Table of Contents is written on a blank leaf at the end of the Manuscript, in the hand, apparently, of Lord William Howard. The numbers bear reference to the folios of the Manuscript.

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

<i>Carta Domini de Sudley Monasterio Sancti Albani . . . . .</i>	<i>fo. 100.</i>
<i>Billa porrecta Domino Regi in Parlamento . . . . .</i>	<i>fo. 105.</i>
<i>Trium Litterarum copice . . . . .</i>	<i>fo. 113.</i>
<i>Abjuratio Reginaldi Pecoke, Episcopi Cistrensis . . . . .</i>	<i>fo. 118.</i>
<i>Evasio felonum a gaola . . . . .</i>	<i>fo. 122.</i>
<i>Pacificatio cujusdam litis inter varios Dominos regni, propter interfectionem quorundam procerum in bello commisso apud villam Sancti Albani . . . . .</i>	<i>fo. 124.</i>
<i>Victoria Richardi Nevill, Comitis Warwici, super, scilicet, naves Hispaniæ et <sup>1</sup> Januenses . . . . .</i>	<i>fo. 140.</i>
<i>Ingressus Legati Apostolici in Angliam . . . . .</i>	<i>fo. 140.</i>
<i>Discordia inter Henricum Sextum et proceres Angliæ . . . . .</i>	<i>fo. 142.</i>
<i>De reditu Comitis Marchiæ, Comitis Warwici, et Comitis Sarum. in regnum . . . . .</i>	<i>fo. 155.</i>
<i>De reditu Richardi, Ducis Eboraci, ab Hiberniæ partibus in regnum Angliæ . . . . .</i>	<i>fo. 158.</i>
<i>Mirabilia varia hoc anno in regno contingentia . . . . .</i>	<i>fo. 162.</i>
<i>Secundum prælium, commissum extra villam Sancti Albani . . . . .</i>	<i>fo. 163.</i>
<i>Prælium commissum per viros Boreales post victoriam habitum apud <sup>2</sup> . . . . .</i>	<i>fo. 166.</i>
<i>Edwardus, Comes Marchiæ, post mortem patris, ad Londoniam venit, et nomen Regis sibi assumit . . . . .</i>	<i>fo. 168.</i>
<i>Acta in quodam Parlamento post Coronationem Edwardi Quarti apud Westmonasterium . . . . .</i>	<i>fo. 173.</i>
<i>Attinctio quarundam personarum illustrium . . . . .</i>	<i>fo. 175.</i>
<i><sup>3</sup> De ingressu trium monachorum Cluniacensium in Angliam . . . . .</i>	<i>fol. 133b.]</i>

<sup>1</sup> *Januensi* in MS.<sup>2</sup> *Barnet* has been written here, but a pen is run through it. \<sup>3</sup> Written on another part of the page, in another hand.

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

<sup>1</sup> Hic prælaturæ Whethamstede pauca secundæ  
More registrantis scribuntur gesta Johannis.

*Processus, sub brevibus, super modo et forma quibus  
Johannes dictus fuit iterum, post resignationem,  
in patrem et pastorem istius ecclesiæ reelectus.*

Mortuo Abbate Johanne Septimo, corporeque ejus in Death of  
<sup>2</sup> Boreali parte <sup>3</sup> Presbyterii honorifice tumulato, facta JohnStoke,  
est adstatim posterius grandis contentio inter illius Abbot of  
<sup>4</sup> discipulos, quis in illa electione, quæ pro tunc erat St. Alban's,  
propinquior, deberet aliis anteferri, fierique, seu dici, 14 Decem-  
inter eos major. ber 1451.

Quidam enim dixerunt Priorem, qui pro tunc voca- William  
batur "<sup>5</sup> Willelmus Albone," virum esse litteralem, libe- Albone, the  
ralem, et dapsilem, in opinioneque omnium tam mori- Prior, and  
bus quam etiam operibus plurimum generosum; et prop- William  
terea habiliorem esse cæteris, meritoque debere anteferri, Waling-  
ac videri <sup>6</sup> majorem inter illos. Alii asseruerunt <sup>7</sup> Archi- ford, the  
diaconum pro tunc, nomine et cognomine "<sup>8</sup> Willelmum Archdea-  
" Walingford" nuncupatum, virum esse circumspectum con, each  
et politicum, officiumque nedum, sive curam, sui Archi- proposed  
diaconatus, quin etiam officia alia varia, ut, puta, officium as his suc-  
Cellerarii, officium Bursarii, officium Forestarii, officium- cessor.  
que Sub-Cellerarii, multum provide politiceque guber-  
nantem; et propterea habiliorem utilioremque esse  
Priore dicto, utiliusque fore ecclesiæ ipsum majorem

<sup>1</sup> "William Howarde," is written  
at the top of this page (fol. 1. a.),  
and "William Howarde, 1589, pr.  
" 20s." at the foot.

<sup>2</sup> *Borali* in MS.

<sup>3</sup> *Presbyterii* in MS.

In allusion to *Mark ix. 34*;

*Luke ix. 46.*

<sup>5</sup> He afterwards became Abbot,  
in the year 1464.

<sup>6</sup> *major* in MS.

<sup>7</sup> *Archidiaconum* in MS.

<sup>8</sup> Afterwards Abbot, in the year  
1476.

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1451. fieri, sive aliis anteferri, in electionis negotio, in proximo tunc futuro.

Reasons for which the re-election of John Whethamstede, formerly Abbot, is proposed by many.

Tertii vero, et præcipue illi qui seniores sanioresque inter ipsos fuerant, zelumque ardentiorum ad bonum religionis possidebant, dixerunt patrem eorum præteritum, adhuc superstitem, et pro tunc in manerio suæ nativitatæ, æmulatione successoris, commanentem, habiliorem, utiliorem, <sup>1</sup> idoniorumque, esse omnibus aliis, ac magis dignum propter causam variam videri rursus <sup>2</sup> majorem inter nos. Tum primo,—quia dum prius nos et nostra rexit, prodesse magis quam præesse studuit, potiusque minister dici quam magister appellari adoptavit. Tum secundo,—quia pro tempore gubernationis dictæ, nec claustrum convertit in forum, nec studium in negotium; <sup>3</sup> immo, obloquium potius in silentium, dissidium in disciplinam, otiumque et pigritiam in lectionem, diligentiam, et doctriationem. Tum vero tertio,—quia pro tempore dicti regiminis, non dissipator prodigus, <sup>3</sup> immo verius, dispensator fidelis et prudens, fuerat honorum ecclesiæ, multumque fideliter ac prudenter <sup>4</sup> mnam sibi commissam ad mensam legitur Dominicam apposuisse. Propter has utique causas, et præcipue quia ingens erat zelator reipublicæ, signanterque præ cæteris eam in rebus, bonis, et possessionibus, legitur locupletasse, juste, <sup>3</sup> immo, de jure, meretur constitui rursus super Domini familiam, justissimeque rursus reacipere illam, de qua diximus, majoritatem.

The Archdeacon dissuades his supporters from pressing his election.

Cumque aliquandiu sic contentiose agerent fratres in se invicem, justificaretque pro posse unaquæque pars seorsum opinionem suam, accidit tandem ut spiritus humilitatis in cor Archidiaconi dicti descenderet, taliterque inflammaret sua viscera, ac inspiraret etiam, ut, vocatis ad se suis benevolis, taliter eos ad partem

<sup>1</sup> *ydonioremque* in MS.

<sup>2</sup> *major* in MS.; see the preceding page, Note 6.

<sup>3</sup> *y*mo in MS.

<sup>4</sup> See the *Annales* of Amundesham, Vol. II., pp. li. and 169.

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## JOHANNIS WHEHAMSTEDE SECUNDÆ.

7

<sup>1</sup> allocutus esset; — “Fratres, verbum est verum, quia A.D. 1451.  
 “ Dominicum,—<sup>2</sup> ‘Qui appetit inter vos major fieri, fiet  
 “ ‘sicut junior, et qui præcessor, sicut ministrator.’  
 “ Nolo ergo inter vos majoritatem appetere, <sup>3</sup> immo  
 “ potius, respuere, inque virum probum, probatum, et  
 “ expertum, patrem, videlicet, nostrum præteritum, ut  
 “ ipse illam rursus reaccipiat, ex tota mente, ex tota  
 “ anima, ex omnibusque meis viribus, cordialiter assen-  
 “ tire. Ut igitur in ipsum <sup>4</sup> assentiatis vos etiam, do  
 “ vobis sanum, ut æstimo, expressumque, consilium  
 “ meum. Ipse etenim in præterita sua prælatione nequa-  
 “ quam, ut solent varii, primo coram vobis <sup>5</sup> vinum bonum  
 “ posuerat, et posterius, cum fuissetis inebriati, tunc id  
 “ quod deterius erat, <sup>3</sup> immo, semper melius et melius,  
 “ semperque laute magis ac magis, prout sentitis, indes  
 “ refecit sitibiles appetitus vestros. In ipsum igitur,  
 “ consulo, suggero, et requiro, ut, me seposito, vos  
 “ omnes unanimiter <sup>6</sup> consentiatis.”

Moti fratres isti hiis verbis non modice adqueverunt The Prior  
adopts a  
similar  
course.  
 protinus suis <sup>7</sup> consiliis, consenseruntque adhærere patri  
 præterito in negotio futuræ electionis. Quod <sup>8</sup> Prior  
 audiens, et pacem honoremque ecclesiæ multum de-  
 siderans, mox suos consentaneos omnes ad se venire  
 jusserat, eosque præsentis taliter allocutus erat:—

“ Fratres, confratres, et consocii.—Quia in bono pacis His address  
to his sup-  
porters.  
 “ et concordiæ solum est omne bonum quod poterit  
 “ esse, in malo vero discordiæ, sive litigii, solum omne  
 “ malum quod poterit exoriri, ideo hortor vos omnes,  
 “ ac exhortor, in Auctore pacis, quatinus cum cæteris  
 “ vestris fratribus, qui vobis numero sunt plures, ac  
 “ etiam ætate seniores, univoce, concorditer, et pacifice,

<sup>1</sup> *Willelmus Wallingford archidiaconus.* — Marginal Note in the hand of Lord William Howard.

<sup>2</sup> See *Mark* ix. 35.

<sup>3</sup> *ymo* in MS.

<sup>4</sup> *assentiatis* in MS.

<sup>5</sup> In allusion to *John* ii. 10.

<sup>6</sup> *consentiatis* in MS.

<sup>7</sup> *concilius* in MS.

<sup>8</sup> *Willelmus Albon, Prior.* — Marginal Note by Lord William Howard.

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1451. “ in jam de proximo futura electione conveniatis. Per  
 “ malum enim divisionis, dissensionis, sive discordiæ,  
 “ possunt oriri mala plurima; videlicet, scandala gravia,  
 “ obprobria varia, <sup>1</sup> damnaque importabilia; quæ omnia  
 “ Altissimus prohibeat, inhibeat, ac etiam avertat, ab  
 “ ecclesia ista. Quod enim pulex est in aure, ærugo  
 “ in ære, in veste tineæ, in grege pestilentia, eruca in  
 “ germine, locustaque in gramine, hoc divisio, seu dis-  
 “ cordia, fertur esse inter fratres in electione. Unani-  
 “ miter igitur, et univoce cum cæteris, præsertim cum  
 “ sit eorum cogitatio sancta et salubris, in electionis  
 “ negotio procedatis. Non enim sic sum ego cultor  
 “ culminis, honoris amator, seu venerator ambitionis,  
 “ quod velim propter personam meam infimam vel litem  
 “ oriri inter fratres, vel discordiam; <sup>2</sup> immo, mallet  
 “ potius quod fuisset quasi qui non essem de utero  
 “ translatus ad tumulum, quam aut per me, aut per  
 “ alios propter me, causaretur aliquod tale quod in  
 “ minimo lædere posset, aut scandalizare, ecclesiam  
 “ istam. Igitur, cum viri sit prudentis in agibilibus  
 “ suis singulis finem ut principium præconcepere, quia  
 “ ex eo solet tam decus quam etiam dedecus evenire,  
 “ juxta illud metrici,—  
 “ <sup>3</sup> ‘Principiumque simul finem prudentia servat,  
 “ ‘Rerum finis habet crimen, et omne decus;’  
 “ consulo vobis, ut sitis vos prudentes, et, juxta doc-  
 “ trinam sapientis, qui dicit,—  
 “ ‘Cedere principio malo quam cedere fini,’  
 “ cedatis vos in principio, potius quam cogamini in  
 “ fine frustrari a propositis vestris. Non enim est  
 “ pugna æqualis, ubi pauci dimicant contra plures;  
 “ satisque de raro subsequitur victoria, ubi juvenes  
 “ certamen ineunt contra senes, aut inscii adversus  
 “ sapientes. Sunt enim seniores vobis, sunt sapientiores

<sup>1</sup> *dampnaque* in MS.<sup>2</sup> *ymo* in MS.<sup>3</sup> Qy. as to the writer here quoted.



Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

“ vobis, sunt in triplo plures vobis, et propterea ex om- A.D. 1451.  
 “ nibus viribus, quoad actum electionis, vobis potiores.  
 “ Cedatis igitur, consulo vobis, redeatque rursus pater  
 “ præteritus, pastor egregius, pater et pastor providus,  
 “ solidus, et politicus; quem propter famam nominis,  
 “ experientiamque regiminis, ardentem ut redeat de-  
 “ siderat, ac etiam affectat, nedum Rex, et regni pro-  
 “ ceres, patriæque incolæ, ac cuncti nobiles, <sup>1</sup>immo  
 “ ulterius, tota ac totalis quasi substantia fraternitatis  
 “ hujus collegii cenobialis. Cum igitur a nemine aliter  
 “ credi aut opinari poterit, quin hoc ex Deo processe-  
 “ rit, quod tot et tanti, et præcipue viri tam modesti,  
 “ conveniunt in unum, ipsumque affectant eligi, præ-  
 “ ficique iterum, in patrem et pastorem nostrum, affec-  
 “ tetis etiam, consulo vobis, id ipsum, conveniatque  
 “ cum cæteris; et gratias ago vobis non eo minus, pro  
 “ gratis gratuitisque benevolentis vestris.”

Finiente sic Priore, et se ad alia divertente, cesse- His sup-  
 runt etiam fratres isti opinioni suæ, concesseruntque cum porters  
 cæteris convenire confratribus in futura tunc de proximo arguments.  
 electione.

Sicque, et sub hoc modo, cessavit supradicta contentio, John  
 factaque est posterius concordia talis inter fratres, ut Whetham-  
 omnes unanimiter unoque ore in die electionis proce- stede is  
 derent, dictumque patrem, quamvis multum renitentem, unani-  
 multaue etiam, ac <sup>2</sup>multifaria, videlicet, colicam et cal- mously re-  
 culum, diampnem et <sup>3</sup>nephresim, senectam et senium, elected  
 diemque dierum instantem novissimum, pro se in suam Abbot.  
 excusationem opponentem, <sup>4</sup>nihilominus rursus eligerent,  
 rursusque sibi in pastorem præfici postularent. Cujus  
 postulationis, sive electionis, tenor hic subsequitur.—

<sup>1</sup> *ymo* in MS.<sup>2</sup> *multipharia* in MS.<sup>3</sup> *nepresim* in MS.<sup>4</sup> *nichilominus* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04687-9 - Registra quorundam abbatum monasterii S. Albani, qui saeculo XVmo floruerunt:

Volume 1: Registrum Abbatiae Johannis Whethamstede

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)<sup>1</sup> *Electio Abbatis Johannis Octavi.*

Election of John Whethamstede as Abbot of St. Alban's, 16 January 1452.

<sup>2</sup> " Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentem litteras, sive præsentem processum, inspecturis, Willelmus, Prior, et Capitulum, sive Conventus, Monasterii Sancti Albani, Ordinis Sancti Benedicti, Lincolnienensis <sup>3</sup> Diocesis, ad Romanam Ecclesiam, nullo medio, pertinentis, salutem in omnium Salvatore. Canonibus novimus esse cautum, quod ultra tres menses vacare non debeat ecclesia regularis prælati viduari, seu pastore, ne, occasione vacationis diutina, ecclesia, sive monasterium hujusmodi, in temporalibus grave dispendium pateretur. Eapropter, vacante nuper Ecclesia Conventuali, sive Monasterio nostro prædicto, per mortem bonæ memoriæ Fratris Johannis Stoke, ultimi Abbatis ejusdem, qui nuper quattordecimo die mensis Decembris, anno Domini <sup>4</sup> millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, in fata decessit, nos, Prior dictus, et omnes confratres et commonachi ejusdem monasterii, tunc præsentem, et Conventum, sive Capitulum, ejusdem Ecclesiæ, sive Monasterii, facientes, in Domo Capitulari ejusdem Ecclesiæ, sive Monasterii, vicesimo sexto die ejusdem mensis, anno Domini supradicto, Capitulariter congregati, ne ipsa Ecclesia nostra, sive Monasterium, viduitatis suæ incommoda ulterius deploraret, <sup>5</sup> habitata et obtenta primitus a serenissimo Principe et Domino, Domino nostro Henrico, Dei gratia, Rege Angliæ et Franciæ, ac Domino Hiberniæ, dicti Monasterii fundatore et patrono, licentia in hac parte requisita, certos diem et locum competentes, videlicet, diem sextum-decimum mensis Januarii

<sup>1</sup> This is the superscription at the head of each page down to folio 6a.

<sup>2</sup> The first letter omitted; to be supplied in illumination.

<sup>3</sup> *Diocesis* in MS.

<sup>4</sup> 1451.—Marginal Note in the hand of Lord William Howard.

<sup>5</sup> *habitis et optentis* in MS.